

NONII MARCELLI
DE COMPENDIOSA DOCTRINA

LIBROS XX

ONIONSIANIS COPIIS VSVS EDIDIT

WALLACE M. LINDSAY

VOLVMEN III

LL. V—XX ET INDICES CONTINENS

Editio stereotypa

9

1964

Georg Olms Verlagsbuchhandlung
Hildesheim



Mit Genehmigung des Verlages B. G. Teubner,
Stuttgart, veranstalteter reprographischer Nachdruck

Alle Rechte, auch die der Übersetzung, des auszugsweisen
Nachdruckes und der fotomechanischen Wiedergabe,
seitens der B. G. Teubner Verlagsgesellschaft, Stuttgart, vorbehalten.

Printed in Germany

Herstellung: fotokop. Reprografischer Betrieb GmbH., Darmstadt

NONII MARCELLI
DE COMPENDIOSA DOCTRINA

LIBROS XX

ONIONSIIANIS COPIIS VSVS EDIDIT

WALLACE M. LINDSAY

VOLVMEN III

LL. V—XX ET INDICES CONTINENS



LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMIII



SIGLA CODICVM

QVI IN HOC VOLVGINE ADHIBENTVR.

AA	fons codicum H et PE.
BA	fons codicis G et correctionum H ² L ³ P ² E ² .
Bamb.	codex Bambergensis M. V. 18, saec. X ⁱ .—XI ⁱ .
CA	fons codicum Paris. 7666, Lugd., Bamb.
DA	fons codicum Paris. 7665, Montepess., Oxon.
E	codex Escorialensis M. III 14, saec. X ⁱ .
G	codex Gudianus (Wolfenbuettel. 96), saec. X ⁱ .
H	codex Harleianus (Mus. Britann. 2719), saec. IX ⁱ .—X ⁱ .
L	codex Lugdunensis (Voss. lat. fol. 73), saec. IX ⁱ .
Lugd.	codex Lugdunensis (Voss. 4 ^{to} . 116), saec. X ⁱ .—XI ⁱ .
Montepess.	codex Montepessulanus (212), saec. IX ⁱ .—X ⁱ .
Oxon.	codex Oxoniensis (Bibl. Bodl., Canon. Class. Lat. 279), saec. X ⁱ .
P	codex Parisinus (lat. 7667), saec. X ⁱ .
Paris. 7665	codex Parisinus (lat. 7665), saec. X ⁱ .
Paris. 7666	codex Parisinus (lat. 7666), saec. X ⁱ .
Σ	codices recentiores vel aliquot vel plerique.

INCIPIT

10

DE DIFFERENTIA SIMILIVM

SIGNIFICATIONVM.

CVPIDO et AMOR idem significare videntur. et est diversitas. cupido enim inconsideratae est necessitatis, amor iudicii. Plautus Bacchidibus (fr. XIX):

Cupidon té consevit áñne Amor? 15

idem in Curculione discrevit et vim eiusdem diversitatis expressit dicens (3):

quod Venu' Cupidoque ímperat suadétque Amor.

Afranius in Omíne (221):

amabit sápiens, cupient ceteri. 20

cupidinem cum feminino genere dicimus, cupiditatem significamus. Vergilius (Aen. VI, 721):

quae lucis miseris tam dira cupido?

cum masculino, deum ipsum. Plautus Mercatore (854):

Cupido, quántus es! 25

10—14 INC.—iud.; 21—24 cupidinem—ipsum.

10 INC. om. *D*^A || 11 sic in indice ad init. lib. I; h. l. post SIGNIFICATIONVM add. PER LITTERAS ID EST (PER L. PRIMO INCIPIT *PE*) PER C LITTERAM *L A A C A*: PER LITTERAS omissis *rell. verbis D*^A (INC. DE DIFFERENTIIS VERBORVM *G*) || 12 set est d. *Mu.* || 15 tecum saevis: tecum sicut *Servi Daniel. codd. ad Aen. IV, 194: correxi: tecum saevus Mu.* || 16 discr. haec et (?) *Mu.* || 18 quo *Plaut.* || (suadet a. *P*) || 20 ambit *L B A* || 25 o Cupido *Plaut.*

Naevius Gymnastico (55):

edepól Cupido, cū tam pauxillūs sis, nīmī multūm vales.

Inter AMARE et DILIGERE hoc interest, quod amare vim habet maiorem, diligere autem est levius amare.
 30 Cicero ad Brutum (fr. 5): 'sic igitur facies et me aut amabis aut, quod contentus sum, diliges'. — et lib. IX (I, 1, 1): 'Lucius Clodius, tribunus plebis designatus, valde me diligit vel, ut *ἐμπαρκώτερον* dicam, valde me amat'. — idem ad Dolabellam (ad Fam. IX, xiv, 5):
 1 'quis erat qui putaret || ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, ante dilexisse'.

PERIRE et INTERIRE. plurimum differentiae habet, quod
 5 perire levior res est et habet inventionis spem et non omnium rerum finem. Plautus Captivis (690):
 qui pēr virtutem pēriit, at non interit.

ALERE et EDUCARE hoc distant: alere est victu temporali sustentare, educare autem ad satietatem perpetuam
 10 educere. Plautus in Menaechmis (98):
 nam illíc homo hominis nōn alit, verum éducat.

Accius Andromeda (114):

alui, éducati: id fácite gratum ut sít seni.

Inter TOLLERE et AVFERRE est diversitas. tollere est
 15 levare et erigere; auferre, levatum transferre. Vergilius lib. VIII (439):

tollite cuncta, inquit, coeptosque auferte labores.

28—29 Inter—amare; 4—10 Per.—educere; 14—15 Inter—transf.

27 tam pau. cum *Havet.* (*Mél. Graux*, p. 810) || paus. (pauc. ex paul. *L*¹) || 30—31 cf. 264. 6 (s. v. contentus) || 31 quod *om.* *L*: quid *codd.* 264: quo *ed. a.* 1476 || 32 lib. IX *secl.* (?) *Mu.* || lucilius || 2 habeam *LB*⁴ || 3 antea *codd.* *Cic.* || 4 habent *Ald.*, fort. recte (*sed cf. Class. Rev. XVI, 50*) || 5 innovationis *Mu.* || 7 perit (*etiam Plauti codd.*) || aut *B⁴ CA D⁴* || 11 non aut verte (*vere E*²) ducat || 15 (*et om. G*¹) || legatum: *corr. Passerat.*

Turpilius Philopatro (194):

simul circumspectat: ubi praeter se néminem
videt ésse, tollit, aúfert; ego clam cónsequor.

Varro Sexagesi (496): 'nunc quis patrem decem 20
annorum natus non modo aufert, sed tollit, nisi veneno?'

HORRENDVM et HORRIDVM habent plurimam diversitatem.
est enim horrendum taetrum et vitabile. Vergilius Aen.
lib. III (679):

concilium horrendum.

horridum plerumque exstans et prominens et erectum. 25
Vergilius Aen. lib. IV (251):

et glacie riget horrida barba.

Plautus in Pseudolo (68):

papíllarum horridulárum oppressiúnculae.

Accius Medea (412):

30

ut tristis túrbínium
toleráret hiemes, máre cum horreret flúctibus.

Lucilius Satyrarum lib. XVI (15):

† etit || quos divitiæ producunt, et caput ungunt
horridulum.

1

M. Tullius de Republica lib. I (63): 'sed ut ille
qui navigat, cum subito mare coepit horrescere'. —
idem de Republica lib. IV (6): 'horum in severitatem 5

22—25 Horr.—prom.

19 tulit *LA*⁴: tollit *vel* tolit (*sic in archetypo*) *BA*⁴ || 20—21
cf. 407. 10 || 20 nunquis (numquis) *codd.* 407 || 21 tollet *codd.*
h. l. || 23 II *CA DA* || 25 et terestum *AA*⁴: et terensturn *LB*⁴:
corr. Me. || 29 -ungulae: *corr. BA*⁴ || 32 hiemens *L* || m. c. horret:
corr. Both.: c. m. horret *Voss.* || 1 et ii (hii, i) *BA*⁴: hic (*plur.*)
Mu. || fort. en quo || ut c. u. h. *Mu.* || 5 h. enim s. *Maius*: h. se-
veritate (?) *Mu.*

dicitur inhorruisse primum civitas'. — Varro epistula ad Caesarem:

"interea prope ad occidentem solum inhorrescit mare."

Sisenna Hist. lib. IV (104): 'subito mare subhorrere, caecosque fluctus in se provolvere'.

10 Inter MENETRICEM et PROSTIBVLVM hoc interest. menetrice-
trix honestioris loci est et quaestus; nam menetrices
a manendo dictae sunt, quod copiam sui tantummodo
noctu facerent; prostibula, quod ante stabulum stent
quaestus diurni et nocturni causa. Plautus in Cistellaria
manifestissime discrevit (331):

15 intrabo:
nam meretricem adstare in via solam prostibuli sane est.

GENETRIX a MATRE hanc habet distantiam, quod gene-
trix semper quae genuerit nuncupatur; mater aliquando
pro nutrice ponitur. Vergilius lib. VIII (631):

20 geminos huic ubera circum
ludere pendentis pueros et lambere matrem
inpavidos.

Plautus Menaechmis (19):

ita forma simili pueri, ut mater sua
25 non internosse posset, quae mammam dabat,
neque adeo mater ipsa, quae illos pepererat.

10—14 Inter—causa; 17—19 Gen.—pon.

6 inaruisse (pro inoruisse): corr. Ald. || 7 horrescit (prae-
m): corr. edd. ex Pacuvii versu ap. Cic. Div. I, 24 i. p. iam occi-
dente sole inh. m. || 8 cf. 449. 7 (s. v. caecum) || III codd. h. l. ||
subhorrescere Bentin.: persubhorrescere codd. 449 || 10—11
men- LB⁴: mer- A⁴ ut vid. C⁴ D⁴ || 10 prostibulam: corr.
B⁴ || 12 man. tuetur Thielmann. (Arch. Lat. Lex. III, 539) ||
13 prostibulo C⁴ D⁴ || stabulo L: -la A⁴ C⁴ D⁴: corr. B⁴ ||
starent Mu. || 15 intra bonam H² ut vid.: intro bonam L A⁴:
intro abeam B⁴ ut. vid. (sic G; intrad b. H², intra b. E²):
intro abeo nam Both.: codd. Pl. n. l. || 16 prostibula: corr. Me. ||
17 habet] debet L¹ C⁴ (non Bamb. Lugd.) D⁴ || 19—21 (pu.)
cf. 316. 17 || 21 (et)—22 cf. 343. 35 || 23—26 cf. 343. 30 || 24 uti
Camerarius.

PVDET et PIGET. hoc distat; pudet enim verecundiae est, pigere paenitentiae. Plautus in Pseudolo (281):

nímio id quod pudét facilius fértur, quam illud quód piget: nón dedisse istúm pudet; me, quía non accepi, piget. 30

idem Trinummo (345):

pól pudere quám pigere praestat totidem lítteris.

Accius || Neoptolemo (471): 1

dolét pudetque Graiíúm me et veró piget.

idem Andromeda (103):

nec quí te adiutem, invénio. hortari púdet; non prodesse, íd piget.

Turpilius Demetrio (18): 5

pudét pigetque meí me.

Pacuvius Doloreste (143):

quid quod iam (eí mihi!)

pigét paternum nómen, maternúm pudet profári? 10

Sallustius in Iugurtae Bello (95, 4): 'nam postea quae fecerit incertum habeo pudeat an pigeat magis disserere'. — Varro Parmenone (395): 'pudet me tui et Musarum. agnoscere. piget currere et una sequi'.

OSCVLVM et SAVIVM his intellectibus discernuntur, quod 15
ab ore osculum, savium a suavitate dicitur. Varro de

27—28 Pud.—paen.; 15—16 Osc.—dic.

27 distant *ed. princ.* || pudere en. *Quich.* || 28 piget *ed. princ.* || 29 pudet *Pl.*: piget || 1 neoptole modo et p. gravium: *corr. Fruter.* || 3—4 anpromedane: *corr. Lips.* || 4 quiete: *corr. Iun.* || inveni (*seq. ho.*) *A⁴* || piget *Ald.*: pudet || 8 quid quondam et mihi: *corr. Mu. post Bergk. et Umpfenbach.* || 12 quae fecerat *A⁴*: quae te fecerat *L*: quae te fecerit *B⁴* || incretum *L* || deserere *L* || 14 agn.] ac nostri *Bue.*: agonos cerei *Vahlen.* || vana s. *Haupt.*: fort. non assequi.

424. 425 M.

Vita Populi Romani I: 'ideoque hoc ab ore dicitur osculum, non a suavitate, unde, quod simile sit, saviū'.

Inter SACRIFICARE et LITARE hoc interest: sacrificare
20 est veniam petere; litare est propitiare et votum inpetrare.

Vergilius Aen. lib. IV (50):

tu modo posce deos veniam sacrisque litatis;

id est: impetratis. Plautus in Poenulo (489):

si hercle istuc umquam factum est, tum me Iuppiter
25 faciat ut semper sacrificem, neque umquam litem!

EXPLERI et SATIARI hanc habent differentiam. expleri est tantummodo plenum esse; satiari, supra modum et ad abundantiam. Lucretius lib. III (1003):

deinde animi ingratam naturam pascere semper
30 atque explere bonis rebus satiareque numquam.

M. Tullius de Republica lib. VI (1): 'graves enim dominae cogitationum lubricines infinita quaedam cogunt atque imperant: quae quia nec expleri nec satiari ullo modo possunt, ad omne facinus inpellunt eos quos in-
35 lecebris suis incenderunt'.

1 ARCVS et ARQVVS hoc distant. arcus enim || omnis suspensus fornix appellatur; arquus non nisi qui in caelo apparet, quam Irim poetae dixerunt. unde et arquati dicuntur quibus color et oculi virent quasi in arqui similitudinem. Lucretius lib. VI (526):

5 tum color in nigris existit nubibus arqui.

19—20 Int.—imp.; 26—28 Expl.—abund.; 1—3 Arc.—dixerunt.

17 I (E) vel L (LG) vel. om. (HP): lib. I Roth. (seq. i) || 18 simile] suave Me. || saviunt: corr. Me. || 23 imp. <votis> Mu. || 24—25 tu me Iup. fac iam u. (?) Mu. || 25 faciam (fac iam) || nec codd. Pl. || 28 add. Mu. || 30 cf. 298. 9 || VI codd. h. l. || 30 expleri codd. h. l. || satiareque H³: -rique rell. || 33 quia exp.: corr. B⁴.

FORS et FORTVNA hoc distant. fors est casus temporalis; Fortuna dea ipsa est. Accius Astyanacte (179):

itera in

quibu' pártibu' (namque audire volo,
si est quem éxopto) et quo cáptu' modo, 10
fortúnane an forté repertus.

idem Andromeda (109):

múlti iniquo, múlier, animo síbi mala auxere ín malis,
quibu' natura práva magi' quam fórs aut fortuna óbfruit.

Lucilius Satyrarum lib. XIII (4): 15

cui parilem fortuna locum fatumque tulit fors.

idem in eodem (2):

aut forte omuino ac fortuna vincere bello:
si forte ac temere omnino, quid rursus ad honorem?

Varro epistula ad Fufium: 'dices (Ter. Phorm. 841): 20

«o Fórs Fortuna, quántis conmoditátibus
húnc diem!»'

FERVS et FEROX. hanc habet distantiam. ferus est
saevus; ferox, fortis. Accius Tereo (644):

novus [nova dabunt] ádvena animo audáci in medium 25
próripit sesé ferox.

Sallustius in Iugurtae Bello (106, 3): 'ille animo
feroci negat se totiens fusum Numidam pertimescere'.

6—7 Fors—ipsa est; 23—24 Ferus—fort.

7 est ipsa *LB*⁴ ut vid.: est del. *Ald.* || 10 quam *B*⁴ ||
11 repertur (-ritur *H*¹): corr. *Me.* || 13 inquo: corr. *Iun.* ||
ausere (haus.): corr. *Gulielm., Me.* || 19 cursum: corr. *Mu.* ||
20—22 cf. 117, 4 || di quaeso fors fort. *codd. h. l.*: dices o for-
tuna o fors fort. *codd. 117* || 23 habent *Ald., fort. recte (sed cf.*
Class. Rev. XVI, 50) || 24 saevum: corr. *ed. princ.* || 25 secl.
Mu. || novus nova d. *A*⁴: novus novo d. *LB*⁴ || 27 fusam *B*⁴ ||
numidiam *LB*⁴.

Vergilius Aen. lib. II (326):

ferus omnia Iuppiter Argos
transtulit.

30 idem lib. IV (135):

et frena ferox spumantia mandit.

ANTICVS et ANTIQVIOR ut gradu, ita et intellectu
distant. nam anticum significat vetus. Vergilius in
Georgicon lib. II (209):

35 antiquasque domos avium.

antiquior melior. Varro Rerum Humanarum lib. XX:
1 'neque idonei cives aliquid habent || antiquius salute con-
muni' — Accius Phoenissis (596):

áb dracontis stirpe armata exórtus, genere antiqúior.

Lucilius lib. XIV (8):

5 quin potius vitam degat sedatu' quietam,
quam tu antiquiu' quam facere hoc fecisse videris.

M. Tullius de Amicitia (26): 'hoc quidem proprium
est amicitiae; sed antiquior et pulchrior et magis a natura
ipsa profecta'. — idem de Republica lib. I (inc. 2):
10 'sic, quoniam plura beneficia continet patria et est anti-
quior parens quam is qui creavit, maior ei profecto quam
parenti debetur gratia'. — M. Tullius ad Caesarem

32—33 Ant.—vetus.

27—29 cf. 307. 15 || 30—31 cf. 304. 38 || 31 ac Verg.: at
codd. 304 || mandat: corr. A⁴ || 33 anticus ed. princ. || 35 cf.
461. 18 || 1 bonei Mu. || 2 fenissarum: corr. Ald. (cf. ad v. 4) ||
3 surpe L || amata: corr. Gulielm. || exoratus: corr. Fruter. et
Scal. || 4 fort. L. Satyrarum l. Illud Sat. compendio adscr. in
mg. causa erat erroris in v. 2 || 5 vita: corr. ed. a. 1471 || degas
Iun. || 6 videaris: corr. Dousa, Me. || 7 an esset h. c. p. a. codd.
Cic. || 10—13 patria—lucrum om. L A⁴ || 11 siqui: corr. cod.
Iun. (Animadv. p. 261).

iuniorem lib. III (27): 'ego autem antiquissimum † oriundum Scythis, quibus antiquior laetitia est quam lucrum'.

FAVSTVM et FESTVM his intellectibus discernuntur. etenim faustum quasi a favendo dictum ac per hoc 15 prosperum et propitium, unde contra infaustum minax et inprosperum; festum vero sollemniter laetum et feriatum. Vergilius Aen. lib. VI (70):

festosque dies de nomine Phoebi.

et Terentius (Andr. 956):

o faustum et felicem diem! 20

CVIVS et CVIATIS. haec est differentia. cuius ad personam refertur hominis; cuiatis unde significat. Accius Telepho (625):

qui neque cuiatis esset umquam potuimus,
multa erogitantes, sciscere

ANIMVS et ANIMA hoc distant. animus est quo 25 sapimus, anima qua vivimus. Accius Epigonis (296): sapimus animo, fruimur anima. sine animo anima est debilis.

Varro Andabatis (32): 'in reliquo corpore ab hoc fonte diffusast anima; hinc animus ad intellegentiam tributus'.

VVLTVS et FACIES hoc distant. vultus || est voluntas 1 quae pro motu animi in facie ostenditur; facies ipsa oris species. Sallustius in Catilina (15, 5): 'prorsus in facie vultuque vaecordia inerat'. — Lucilius Satyrarum lib. I (29): vultus item ut facies mors, † citer morbu', venenum. 5

14—17 Faust.—fer.; 21—22 Cuius—sign.; 25—26 Animus—viv.; 1—3 Vultus—spec.

12 antiquissimis or. *Mu.*: antiquus sum oriundus *C. F. Mueller.*: fort. antiquissimum oriundus || 13 scitis: *corr. Me.* || laetitiae est (-tia est est): *corr. cod. Iun.*: iustitia est *Mu.* || 16 propitium *A^d B^d*: proprium *L D^d C^d* ut vid. || 19—20 om. *LA^d*: *secl. Mu.* (in *G* stant in marg.) || 21 Inter add. *Mu.* || 24 erogitantes sciscere (om. *A^d*): *corr. Me.* || 26 epigone: *corr. Both.*: Erigona *Me.* || 28 teliquo *LA^d* || 29 diffusus: *corr. Vahlen.* post *Pium* || 5 citera *A^d*: teter *Passerat., Platner* (*Class. Rev. IX, 30*): icterus *Scal.*

M. Tullius de Officiis lib. I (90): 'praeclaraque est aequabilitas in omni vita et idem semper vultus eademque frons'.

SEBUM et VNGVENTVM hanc habent diversitatem. sebum fit ex adipe ruminantium. Lucilius Satyrarum lib. IV (35):

- 10 Tisiphone Tityi e pulmonibus atque adipe unguen
excoctum attulit, Eumenidum sanctissima Erinys.

MVSSARE et MYRMVRARE ita discernuntur, quod mussare hominum sit, occulte quid et pressa voce loquentium, quod celatum velint. Vergilius lib. XI (345):

- 15 quid fortuna ferat populi, set dicere mussant.

et alibi (Aen. XI, 454):

fient maesti mussantque patres.

murmur autem maioris soni est, proximi ad tumultum. Vergilius in Georg. lib. I (358):

- 20 et resonantia longe
litora misceri et nemorum increbescere murmur.

PRIORES et PRIMORES hanc habent diversitatem. priores enim comparativi sunt gradus; primores summae quaeque res. Lucilius Satyrarum lib. VIII (15):

- 25 gallinaceu' cum victor se gallus honeste
† mtelitus digitos primoresque erigit unguis.

Turpilius Demetrio (31):

. . . . sándalio innixá digitis primóribus.

12—18 Muss.—tum.; 22—24 Priores—res.

7 aequalitas *LA* || semper] saepe || 9 lacunam post rum. sign. *Me.* || 10 tisifonetitene p.: corr. *Mu.* post *Gerlach.* || adipe ed. princ.: adirem || unguem: corr. cod. *Iun.* || 11 atuli eumenidibus: corr. *Iun.* || erynis || 13 qui depressa *L*: quid d. *C^A D^A* || 14 X || 20 aut *Verg.* || 26 altius in d. *Marx.* (*Zeitschr. oest. Gymn. XLIX, 1091*): sustulit in d. *Ald.*: intulit in d. *Quich.*: caelitus et d. ed. a. 1476 || erigunt u.: corr. ed. princ. || 28 dicigitis *LB⁴* (pro dicitis): digitulis *Passerat.*: digitis in *Quich.*: fort. digitibus (*S* pro *B.*, ut in vv. 29, 32).

Varro *Armorum Iudicio* (42): 'ut in litore cancri digitibus primoribus stare'. — Lucilius *Satyrarum lib. 30 XX* (10):

Calpurni saevam legem Pisoni' repren-
dixique animam in primoribu' naribus.

Afranius Vopisco (383):

apágesis clivum túum! animam in náribus primóribus ||
vix pértuli edepol. 1

M. Tullius in *Hortensio* (93): 'qui illud nescioquid, quod in primoribus habent, ut aiunt, labris'. — idem de *Oratore* (I, 87): 'quae isti rhetores nō primoribus quidem labris attigissent'.

POESIS et POEMA hanc habent distantiam. poesis est 5
textus scriptorum; poema inventio parva quae paucis
verbis expeditur. Lucilius *Satyrarum lib. IX* (36):

non haec quid valeant quidve hoc intersiet illud
cognoscis? primum hoc quod dicimus esse poema,
pars est parva poesis. 10

idem (39):

epistula item quaevis non magna poema est.
illa poesis opus totum, ut tota *Ilias* una est
una θέσις sunt *Annales Enni* atque ἔπος unum,

5—7 Poesis—exp.

29 digiti (-tis) A⁴: digitulis *Oehler*. || 31 saeva lege in P. reprehendi: *corr. Iun.* || 32 in *del. Mu.* || naris: *corr. Ald.* || 34 tum animum: *corr. Bue.* || odium, tuam animam *Studemund.*: diram tuam animam *Ribb.* || 2 illum: *corr. Orelli.* || 4 in o. || questi vel quaesti: (*corr. H³*) || 6 scripturorum C⁴D⁴ || 7 versibus *Mu.* || 8 valeat: *corr. Lachm.* || huic *I. Dousa* || intersit et (?) *Mu.* || 8—9 nunc . . cognosces *I. Dousa* || 10 poesis A⁴: poema L B⁴ || 10—12 poema; idyllion ecce poema aut | disticha, epistula *Mu.* || 13 totum totaque illa summa est: *corr. I. Dousa* || 14 σύνθεσις *Francken.* || sunt *Lachm., Vahlen:* ut || ἔπος *Lachm., Vahlen:* estoc.

- 15 et maius multo est quam quod dixi ante poema.
 quapropter dico: nemo, qui culpat Homerum,
 perpetuo culpat neque quod dixi ante poesin:
 versum unum culpat, verbum, entymema locumve.

Varro Parmenonē (398): 'poema est lexis enryth-
 20 mos, id est, verba plura modice in quandam coniecta
 formam. itaque etiam distichon, epigrammation vocant
 poema. poesis est perpetuum argumentum ex rythmis',
 [FORA et FORI ut genere, ita et sensibus distant. nam
 neutro iudiciorum et litium sedes est, masculino spatia
 25 in navibus apertiora vel in gladiatoriiis ludis.] 'ut Ilias
 Homeri et Annalis Enni. poetice est ars earum rerum'.

DOCTVM et PERITVM. cum simile videatur, a M. Tullio
 discretum est, ut sit peritum plus quam quod doctum,
 de Officiis lib. III (15): 'itaque cum sint docti a peritis,
 desistunt facile sententia'. ||

- 1 Inter VRBEM et CIVITATEM hoc interest. urbs est
 aedificia, civitas incolae. Vergilius Aen. lib. I (12):
 urbs antiqua fuit.

Ennius Telepho (291):

- 5 sed civitatem video Argivum incendere.

Pacuvius Atalanta (54):

nīl sollicita stūdio, obstupida sūspenso animo cīvitas?

23—25 Fora—apertiora; 27—28 Doct.—doctum; 1—2
 Int.—incolae.

15 est (est hoc A⁴) m. m. est: *correxī*: est m. m. (*del.* est)
Iun. || 17 perpetuom *I. Dousa, Mu.* || poesin in: (*corr.* P¹) ||
 18 verum u. *Mu.* || entymema *Iun.*: entymema tema (tima B⁴) ||
 locumve *Lachm.*: locumque A⁴: locum (*seq.* v) L B⁴ || 20 me-
 trice *Mu.* || 22 et r. || 23 (FORA)—25 (ludis) *secl. Mu.* (*cf.*
 'Non. Marc.' p. 18): post v. 26 colloc. ed. princ. || 24 sed est
 C⁴ D⁴ || 25 ut *Ald.*: minut (*praec.* mis) || 26 enni B⁴: en L A⁴ ||
 28 pl. quod d. C⁴ D⁴: (pl. quam d. *Bamb.*) || doctus L¹ ||
 2 (aedificatio H¹) || 4—5 Telepho, set *Mu.*: telefus et L A⁴:
 telefo et B⁴ || 5 incendere *tuetur Vahlen ad Enn.*: *cogitaveram*
de incedere || 7 hil (hic E¹ P) (nihil G¹ ut *vid.*) || stupida
 (*praec.* o) (?) *Mu.*

M. Tullius de Republica lib. I (41): 'quam cum locis manuque sepsissent, eiusmodi coniunctionem tectorum oppidum vel urbem appellaverunt, delubris distinctam 10 spatiisque communibus. omnis ergo populus, qui est talis coetus multitudinis qualem exposui; omnis civitas, quae est constitutio populi'. — et II (46): 'quo auctore et principe concitata civitas'. — Sisenna Hist. lib. IV (78): 'denique cum variis voluntatibus incerta civitas trepidaret, Pomponius cum † vertice superiorem locum inscendere'. 15

Inter COGITARE et DELIBERARE hoc interest. cogitare est considerare; deliberare, confirmare. Turpilius Boethuntibus (6):

quaeso, cōgita ac delībera.

idem Philopatro (180):

certum ac deliberatum est me illis obsequi.

20

SCIUS et CONSCIUS hoc differunt, quod scijs secum, conscius cum alio scijs est; licet conscium indifferenter positum legerimus.

AVSPICIUM et AVGVRIUM his intellectibus discernuntur, quod sit auspiciū avium inspectio et quae ex volatu earum significantur et vocibus; augurium autem rerum 25 omnium coniecturas prudentes ac diligentes amplectitur.

MONSTRA et OSTENTA similiter intelleguntur, quod imminētia monstrent et ostendant. || OMEN vero votum est 1 mentis et vocis; unde sacrificantibus dicitur: "bona omina habete", id est, ut circumstantes et mente recta velint et

16 — 26 Int.—ampl.; 27 — 2 Monstra — vocis.

9 l. m. munitam *Ritsch. Opusc. III, 814*: l. munitam manu quoque *Mu.* || 14 trepidare: *corr. Me.* || 15 velite *Quich.*: melite (?) *Mu.* || inscende: *corr. Quich.*: insedit *Mu.* || 17 cons. *Mu.*: confirmare || 18 — 20 delibera — ac om. *CA DA* || 19 — 20 *cf. 282. 10* (s. v. deliberatum) || 26 prudenter ac diligenter: *corr. Mu.* || 1 monstrant et ostendant *AA* || votum] votis *DA* || 3 recte *AA*.

bona oribus proferant. PORTENTVM non solum quod por-
 5 tendat, sed quod etiam portenta adportet et faciat ex his
 significationibus quae in auspiciis, auguriis, extispiciis
 ostenduntur. PRODIGIVM autem semper pessimum est,
 dictum quasi porro adigendum. Vergilius lib. III (Aen. 365):

sola novum dictuque nefas Harpyia Celaeno
 prodigium canit et tristes denuntiat iras.

10 INIVRIA a CONTVMELIA hoc distat. iniuria enim levior
 res est. Pacuvius Periboea (279):

pátior facile iniúriam, si est vácuā a contumélia.

Caecilius Fallacia (47):

fácilē aerumnā férre possunt, si índē abest iniúria;
 15 étiam iniuriám, nisi contra cónstat contuméliam.

FVL MEN et FVLGVR et FVLGV RITVM his intellectibus
 secernuntur. est enim fulmen telum ipsum quod iacitur;
 ut Vergilius Georg. lib. I (328):

ipse pater media nimborum in nocte corusca
 20 fulmina molitur dextra.

fulgur ignis qui coruscat fulmine: unde et fulgetrae
 dicuntur et fulgor; ut Vergilius lib. V. (87):

maculosus et auro

squamam incendebat fulgor.

25 fulguritum fulgure tactum vel exustum.

4—5 Portentum—adp. et faciat; 7 Prod.—adigendum;
 10—11 Ini.—est res; 16—21 Fulm.—coruscat.

5 port. eliciat ex *Mu.* || 6 auguriis extispiciis *om. A⁴ L*
 (*propter homoeotel.*) || 7—9 cf. 436. 2 || 11 est res *C^A D^A* || 14 possum
Mu. || 15 misi *L B⁴* || constant *L B⁴* || contumelia (*abl.*) *Both.* ||
 16 et fulgur *om.*: *suppl. A⁴* || 21 fulminine *L* || 21—22 fulge-
 trae d. et *Iun.*: fulgere dicuntur et *B⁴*: fulgore (-gor) dicitur
 et *A⁴*: fulgur dicuntur et *L*: fulgetra dicitur *ed. princ.* || 22 et
 fulgur *L A⁴* || 24 squama *L A⁴*.

IURGIVM et LIS hanc habent distantiam. iurgium levior res est; siquidem inter benevolos aut propinquos dissensio vel concertatio iurgium dicitur; inter inimicos dissensio lis appellatur. M. Tullius de Republica lib. IV (8): 'admiror, nec rerum solum, || sed verborum etiam elegantiam. «si iurgant», inquit: benevolorum concertatio, non lis inimicorum, iurgium dicitur'. — et in sequenti (8): 'iurgare igitur lex putet inter se vicinos, non litigare'.

AVDACIA et AVDENTIA hoc diversa sunt, quod audacia temeritatis est, audentia fortitudinis. Sallustius Catilinae Bello (58,17): 'audacia pro muro habetur'. — Vergilius Aen. (X, 284):

audentis fortuna iuvat.

et saepe sic.

MERX et MERCATVRA hoc distant. merx est species ipsa; mercatura actus ipse vel lucrum de merce; mercatus, 10 locus in quo agitur mercatura. M. Tullius de Republica lib. III (inc. 3): 'Poeni primi mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam et inexplēbiles cupiditates omnium rerum importaverunt in Graeciam'. — Varro Sexagesi (497):

. ubi tum comitia habebant, ibi nunc fit mercatus. 15

Serenus Opusculis (8):

ad mercatum eo, vilice:

quid vis inde vehi aut agi?

26—29 Iurg.—app.; 4—5 Aud.—fort.; 9—11 Merx—mercatura.

28 discessio *CA*: disceptatio *Mu.* || 1 distinctionem, sed *Mu.* || 3 sequentibus(?) *Mu.* || putat *LB* || 4—8 (cf. 442) del. *Ald.*, *Iun.* || 5—6 cf. 242. 20; 442. 18 || 6—7 cf. 442. 19 || 9 *M.* et *M.* et *Mercatus* h. d. *Quich.* || 10 de mercede *CA DA* || 11 locum *L* || 12 *Poeni* (vel *Iones*) *Me.*: pione || mercaturis sed *m.*: corr. *Ald.* || 14 io portaverunt *LB*: dep. *A*: (inpot. ut vid. *H mg.*): corr. *Me.* || 14—17 cf. 212. 25 (s. v. mercatus gen. masc.).

Cicero Tusculanarum lib. V (9): 'item nos quasi in
 20 mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua'. — et
 de Officiis (III, 6): 'quom tamquam ad mercaturam bonarum
 artium sis profectus, inanem redire turpissimum est'.

SVPERSTITIONIS et RELIGIONIS distantiam manifestissime
 discrevit M. Tullius de Deorum Natura lib. II (71): 'non
 25 enim philosophi solum, verum etiam maiores nostri super-
 stitionem a religione separaverunt. nam qui tota die
 precabantur et inmolabant, ut sibi sui liberi superstites
 essent, superstitiosi sunt appellati; quod nomen patuit
 postea latius; qui autem omnia, quae ad cultum deorum
 1 pertinent, diligenter retractarent et || tamquam religerent,
 hi sunt religiosi ex religendo'. — sed vere super-
 stitiosi proprietatem ex hoc habent quod prae cultura
 deorum supersedeant cetera, id est neglegant; itidem et
 5 religiosi, quasi relinquosi omnium ceterorum sacrificiis
 deserviant.

PEIVS et DETERIVS his sensibus discernuntur, quod sit
 peius a malo; quod in usu est et creberrime frequentatur;
 deterius vero a bono, ut minoris sit meriti quam id
 quod placet. Vergilius Georg. lib. IV (89):

10 deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,
 dede neci.

idem lib. VIII (326):

deterior donec paulatim ac decolor aetas.

haec enim melioribus comparata sunt.

23 — 26 Sup.—sep.; 6 — 9 Peius — placet.

19 IIII || iter || 20(et) — 22 secl. Mu. || 21 — 22 (prof.) cf. 213. 4 ||
 21 ad quos cum t. *codd. Cic. et codd. 213*: quo t. *codd. h. l.*:
corr. Mu.: fort. quo quom t. || 26 a om. || totos dies *Cic.* || 27 pre-
 catus et inmolabat (imm.) || 1 et aliquam (*praec. t.*) rem eli-
 gerent || 2 sunt dicti r. *Cic.* || eligendo || 3 prae culturam *L*:
 per culturam *A*⁴ || 7 peius peius a *Mu.*

Inter CIRCVM et GLOBVM hoc interest. circus est 15
planities rutunda, ut circuitus; globus soliditas undique-
versum rutunda, ut est sphaera et staminum glomera.
M. Tullius de Deorum Natura lib. II (47): 'cumque duae
formae praestantissimae sint, ex solidis globus (sic enim
sphaeram interpretari placet), ex planis autem circulus 20
aut orbis'. — Vergilius lib. V (288):

mediaque in valle theatri

circus erat.

et (Aen. VI, 725):

lucentemque globum lunae Titaniaque astra.

MANUBIAS a PRAEDA hoc distare veteres aestimaverunt, 25
ut sit praeda corpora ipsa rerum quae capiuntur, manu-
biae pecuniae ex praeda vendita redactae. et sic aput
plurimos. nam et M. Tullium ita sensisse voluerunt de
Lege Agraria (fr. 4): 'praedam, manubias, sectionem,
castra denique Gnaei Pompei sedente imperatore censores'. 30

PERVICACIA et PERTINACIA hoc distant. pervicacia
est interdum bonarum rerum || perseverantia, pertinacia 1
semper malarum. Accius Myrmidonibus (4):

tu p rtinaciam     , Antiloche, hanc pra dicas,
ego p rvicaciam a   et a me uti volo.
nam p rvicacem dici me esse et vincere, 5
perf cile patior, p rtinacem n hil moror.
haec f rtis sequitur,   llam indocti p  ssident;
tu add s quod vitio est, d  mis quod laud  datur.

15—17 Int.—glomera; 25—27 Man.—redactae; 31—2
Perv.—malarum.

15 I. circulum L CA ut vid. DA || circulus est L DA (cum E¹) ||
19 praestantes sint codd. Cic. || 20 circulus L (cum Cic.): circus
BA AA (non E¹) || 29 sectionem Gell. XIII, 25. 6: sectiles ||
30 censores] decemviri vendent codd. Gell. || 3—4 post 5—6
Mu., post S Both. || 4 aio Ald.: ai || et ea me Fruter.: et hac
me Scal. || 5 dici Scal.: dicis || vincier Mu.

SENSVS et SENSÀ hoc separantur. sensus enim sunt
 10 qui sentiunt, sensa quae sentiuntur. Cicero de Oratore
 (I, 32): 'et quod exprimere dicendo sensa possumus
 * * * nam primum manifestum est et sapere nos, cum
 incitatio sit vel sensus'.

IYVENTVS et IYVENTA et IYVENILITAS differunt hoc.
 iuventus, iuvenes; iuventa, aetas ipsa, iuvenilitas,
 15 quod *δρμὴν* vel *πάθος* vocant Graeci. Vergilius Georg.
 lib. II (472):

et patiens operis parvoque adsueta iuventus.

Sallustius in Catilinae Bello (5,2): ['ibique iuven-
 tatem suam exercuit'. — idem in Catilina (14,7):]
 'scio fuisse nonnullos qui ita existumarent, iuventutem,
 20 quae domum Catilinae frequentabant'. Vergilius Georg.
 lib. III (63):

interea, superat gregibus cum laeta iuventa,
 solve mares.

Varro Tithono, *περὶ γήρως* (545):

quam dereliquit

25 multícupida iuvenílitas.

MORATA, quod est morigera, et MOROSA hanc habent
 distantiam, quod morosa est contrariis et perversis moribus.

9—10 Sensus—sentiuntur; 13—15 Iuventus—vocant;
 26—27 Morata—moribus.

12 nam—sensus *Ciceroni* ascribit *Roth.* || 13 iuvenilitas
 iuventas *Mu.* || 15 ormenu vel *LB^A* || III || 16 patruoque *L* ||
 17—18 *secl. Mu.* || 20 -bat *codd. Sall.* || 20—21 *cf. 389.1* ||
 21 iuventa *AA:* -tas *LB^A* (*seq. s*): -tus *codd. 389* || 22 *cf.*
390.31 || *morales L* || 23—25 *cf. 123.6* (*ubi iuvenitas G¹*)
fort. secludend. (cf. 'Non. Marc.' p. 84) || 26—27 Morata
 et Morosa h. h. d. quod morata est morigera, morosa [est]
 contr. *Mu.*

Afranius Vopisco (372):

dum morigeram, dum morosam praebeo,
deinde aliquid dedita opera controversiae 30
concínno, laedo interdum contuméliis.

M. Tullius de Senectute (65): 'at sunt morosi et
anxii et iracundi et difficiles senes'. — Plautus Aulu-
laria (239):

dúm modo || moráta recte véniat, dotata ést satis. 1

Inter VEGETVM et VIGENS hoc interest, quod vegetum
sit incolume; vicens forte. nam vegetum corporis,
vigens etiam animi possumus dicere; ut in multis.

PROFESTI et FESTI dies discernuntur sic. profesti 5
sunt a festivitate vacui. Afranius Privigno (260):

quae festis facere nos solemus, die
cotidiano opere promisce omnia
aeque profesto concelebras focum.

QVAERERE et REQVIRERE. hoc differt, quoniam re- 10
quirere est diu quaerere. Afranius Fratriis (186):

proin tú, cum quaeram, né requiram té vide.

SPECVLA et SPECVLVM sicut genere, ita significantia
differunt. nam specula despicientiam significat. Vergilius
lib. X (454):

2—4 Int.—dic.; 5—6 Prof.—vac.; 10—11 Quaer.—quaer.;
13—14 Specula—significat.

29 tum—tum *Both.* || d. me mor. *Passerat.* || morigeran
(*seq. dum*): *corr. Bentin.* || 30—31 (conc.) *cf. 529. 5* (*s. v. opera,*
opportunitas) || 32 ac *LA* || 2 vegetumst *Mu.* || 3 veg. tantum
corp. *Mu.* || 5 et fasti *Mu.* || 7 festi (*seq. f*) *LB* || fort. sole-
bamus || q. festi fa. n. s. de die (?) *Mu.*: q. fa. n. s. festivo (*Iun.*)
d. *Ribb. post Scal.* || 8 c. tu o. *Herm.* || fort. operare (*sed vide*
Journ. Phil. XXVI, 314) vel operatus || promiscit: *corr. Ribb.* ||
omnino *A* || 9 profesto ac festo c. *Herm.* || (concelebrans *G*) ||
10 differunt *ed. princ.* || quod (?) *Mu.* || 11 diu om. *L* || 12 tum:
corr. cod. N. Fabri || 13 sicuti *BA* || 14 disp. *L.*

- 15 utque leo, specula cum vidit ab alta
stare procul campis meditantem in proelia taurum.
speculum, quo imago redditur. M. Tullius in Clodium
et Curionem (25): 'sed, credo, postquam tibi speculum
adlatum est, longe te a pulcris abesse sensisti'. — Varro
Eumenidibus (117):

- 20 sed nōs simul atque in summam speculam vēnimus,
vidēmus populum Fūriis instinctū tribus.

- CONFITERI et PROFITERI. hoc distat, quod profiteri
voluntatis est, confiteri necessitatis et coactus. quod
ita positum saepius legimus. Cicero pro Manilio: 'hic
25 ego non solum confiteor, verum etiam profiteor'. —
honestius profiteri quam confiteri.

- 1 VLVVS et VVLNVS hoc distant, quod ulcus || tecta et
clausa est malignitas. Vergilius Georg. lib. III (453):

quam siquis ferro potuit rescindere summum
ulceris os. alitur vitium vivitque tegendo;

- 5 vulnus hians et patens. Vergilius lib. IX (487):
produxi pressive oculos aut vulnera lavi,
veste tegens.

- QVARTVM et QVARTO prudentes differre dixerunt. Varro
Disciplinarum V: 'aliud est quarto praetorem fieri et
10 [aliud] quartum: quarto locum significat et tres ante

22 — 23 Conf.—coactus; 1 — 2 Ulcus — malignitas.

16 in *del.* B⁴ || 17 — 19 *cf.* 339. 23 (*s. v.* longe) || 18 *spec.*
tibi *cod.* Cic. || 20 simul *Bentin.*: *simis* L B⁴: *simus* A⁴ ||
perv.: *corr.* *Guictus*, *Meinek.* || 21 *cf.* 295. 27 || *futuriis* L ||
incinctum *codd.* h. l. || 22 distant *ed. princ.* || 22 — 23 quod con-
fiteri vol. L || 24 pro M. Tullio *Quiacius* || 24 — 25 hoc ego
Clericus || 26 hon. (*vel* h. est) prof. B⁴: unde hon. prof. (?) *Mu.* ||
2 — 4 (os) *cf.* 459. 15 || 5 — 7 *cf.* 364. 29; 372. 35 || 8 *dix. diff.*
A⁴ || 9 — 10 al. est quarto praet. fi. et quarto loc. L: al. est
quarto praet. fi. aliud quartum et quartum loc. B⁴: al. est quarto
et aliud quartum praet. fi. quartum loc. A⁴: al. est quarto praet.
fi. et (et aliud) quartum quod quarto loc. *codd.* *Gell.* X, 1. 6 ||
10 sign. tres L A⁴: sign. et tres B⁴: ads. ac tres *codd.* *Gell.*

factos; quartum tempus significat et ter ante factum. Ennius recte. (Aen. 326):

«Quintu' pater quartum fit consul.»

TVRPE et FOEDVM quam habeant distantiam manifestum est. nam turpe levior res est, foedum vim habet maiorem. M. Tullius de Officiis (I, 123): 'luxuria vero cum omni 15 aetati turpis, tunc senectuti foedissima est'.

FORMAE et FIGVRAE quae sit differitas, M. Tullius manifestator est. nam formam integritatem speciei voluit esse, figuram formam nostram, de Officiis lib. I (126): 'principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur 20 habuisse rationem: quae formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu'.

DIGNITATEM et VENUSTATEM discerni voluit M. Tullius, ut dignitas viris, venustas feminis sit adtribuenda, de Officiis lib. I (130): 'venustatem muliebre ducere debe- 25 mus, dignitatem virilem'.

MONSTRA et PRODIGIA et PORTENTA hoc distant, quod sunt monstra ostenta et monita deorum. Vergilius lib. III (Aen., 58):

primumque parentem ||
monstra deum refero.

1

prodigia deorum minae vel irae. Vergilius Aen. lib. III (365):
sola novum dictuque nefas harpyia Celaeno
prodigium canit.

et lib. VI (379):

5

prodigiis acti caelestibus ossa piabunt.

17—19 For.—nostram; 23—24 Dign.—adtribuenda.

11 quartum temp. adsign. et ter *codd. Gell.*: quarto temp. sign. ter (sign. et ter *B⁴*) || 12 quintus *B⁴* cum *Gell.*: quantum *LA⁴* || 13 habeat *LA⁴* || 13—14 distantiam—habet *om. L* (*propter homoeotel.*) || 15 M. Tullius *om. L* || 21 fo. nostra *L*: minus a fo. (?) *Mu.* || 21—22 figura *L* || 22 post esset versus vacat in *L* || (-tum *E¹P*) || 25 dicere ut vid. *A⁴* || 1 cf. 350. 3 || monstrat *L* || 2—4 cf. 430. 7 || 5—6 cf. 243. 36; 370. 5.

portenta ostenta quae aliquid inminere significant.

Lucilius lib. XXVI (34):

nisi portenta anguisque volucres ac pinnatos scribitis.

- 10 CELARE et CAELARE hanc habent diversitatem, quod est celare tegere, abscondere. Terentius in Andria (132): bene dissimulatum amorem et celatum indicans.

Vergilius lib. VI (443):

secreti celant calles.

- 15 caelare insculpere. Vergilius Aen. lib. I (640):

caelataque in auro

fortia facta patrum.

Varro Agathone (7):

numnám caelatus in manu dextrá scyphus,

- 20 caeló dolitus, ártē ostentat Méntoris?

IGNOSCERE et CONCEDERE quemadmodum inter se distent, aperit M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I (fr. 15): 'quo † mihi et Philippo vacationem das, bis gaudeo; nam et praeteritis ignoscis et concedis futura'.

- 25 CONTEMNERE et DESPICERE eo distant, quod est despicere gravius quam contemnere. M. Tullius in Verrem, actione II (I, 123): 'quemque contemserit, despexerit, liberum esse numquam duxerit'. — idem ad Caesarem lib. III (10): 'amici nonnulli a te contemni ac despici
30 et pro nihilo haberi senatum volunt'. — et de Senectute (65): 'contemni se putant, despici, inludi'.

10—15 Celare—insc.; 21—26 Ign.—contemnere.

8—9 cf. 191. 19 (s. v. angues masc. gen.) || 10 C. et caelatum *C⁴D⁴* || 10—11 q. est celeri *L*: q. est celere *A⁴*: q. est celari (-re) *B⁴*: est celari (cael.) *C⁴D⁴* || 12 indicat *codd. Ter.* || 15 sculpere (?) *Mu.* || 18—20 cf. 99. 16 (s. v. dolitum) || 19 celatus *Mu.* || 21 distant *B⁴* || 22 II *C⁴D⁴* || 23 quod *ed. a. 1476*: quom *Halm.* || dabis gaudeo *A⁴*: dabis gaudio *B⁴* || 26—28 cf. 288. 12 || 27 III *codd. h. l.* || quemadmodum [iste] tenuissimum quemque *etc. Cic.* || 28 ad Caes. iuniorem (?) *Mu.* || 29 a *add. Lips.* || 30 te—a senatu velint *Patricius*.

CVPIDITAS et CVPIDO diversa sunt. nam cupiditas levior est. Lucilius lib. XXIX (69):

cúpiditas ex hómine cupido, ex stúlto numquam tóllitur;
quod cupiditas pars quaedam sit temperatior, || defluens 1
ex cupidine.

AEMVLATIO ab IMITATIONE hoc distat, quod imitatio simplex est et livorem atque invidiam non admittit; aemulatio autem habet quidem imitandi studium, sed 5 cum malitiae operatione. Vergilius lib. VI (173):

aemulus exceptum Triton, si credere dignum est,
inter saxa virum spumosa inmerserat unda.

M. Tullius in Caesarianis (pro Marcello 2): 'quasi quodam aemulo atque imitatore studiorum et laborum 10 meorum et comite abstracto'.

PROBATVM et SPECTATVM *hoc differunt, quod spectatum vis maioris est.* Lucilius lib. XXVI (95):

tuám probatam mi ét spectatam máxume adulescéntiam.

BELLVM et PROELIVM hoc differunt, quod proelia partes sunt belli, hoc est in bello congressiones. Lucilius lib. 15 XXVI (53):

út Romanus pópulus victus veí, superatus proéliis
saépe est multis, bello vero númquam, in quo sunt ómnia.

Vergilius lib. XI (541):

infantem fugiens media inter proelia belli.

31—32 Cupiditas—est; 3—6 Aem.—operatione; 11—13 Prob.—ad.; 14—15 Bell.—congressiones.

32 levior es *L*¹: levior res est (?) *Mu.* || XVIII: *corr. Mu.* (*XVIII *P*¹) || 33 *fort. cúp.* | ex h. cupidó, cupído ex || et st. *Duebner.* || 1 temperatio: -tior *H*³ || 4 leviozem *L A*⁴: levior *C*⁴ *D*⁴ || 6—7 (Tri.) *cf. 238. 33* || 9—10 (meor.) *cf. 239. 1* || 10 imitatoriae *L A*⁴ (imm.): imitatori *B*⁴: (*corr. H*³) || distracto *codd. Cic.* || 12 *suppl. Quich.*: *fort.* huius maior vis est || 15—16 *cf. 420. 31* (s. v. vis) || 16 at *Mu.* (om. *codd. 420*) || veí *Mu.*: vi et *codd. h. l.*: vel *codd. 420* || 17 in *secl. Mu.* || 19 mediamter *L*: media ter *A*⁴.

- 20 Inter CAVERE et VITARE Lucilius esse distantiam voluit lib. XXVI et esse plus vitare (11):

quid cavendum tibi censere, quid vitandum máxume.

- VETVSTISCERE et VETERASCERE. quid intersit, Nigidius Commentariorum Grammaticorum lib. X deplanavit (3):
25 'dicemus quae vetustate deteriora fiunt, vetustiscere; inveterascere, quae meliora'. — M. Tullius ad Hirtium lib. VII (3): 'cum enim nobilitas nihil aliud sit quam cognita virtus, quis in eo, quem veterascentem videat ad gloriam, generis antiquitatem desideret'? ||

- 1 NOCENS a NEFARIO et INPIO distare, uti nocens levius videri possit, M. Tullius voluit de Officiis lib. II (51): 'nec tamen, ut hoc fugiendum est, item est habendum religioni nocentem aliquando, modo ne nefarium inpiumque, defendere'.

- 5 INNVERE et ADNVERE hoc distant, quod est innuere facie significare. Terentius Adelphis (171):

... si innuerim, quin pugnus continuo in mala haereat;
et (174):

non innueram: verum in istam partem potius peccato tamen.

- 10 adnuere concedere. Vergilius lib. XII (841):
adnuit his Iuno et mentem laetata retorsit.

20—22 Int.—max.; 1—2 Noc.—pot.; 5—6 Inn.—sign.;
10 adn. concedere.

22 censerem *Quich.* || 23 Inter Vet. *Mu.* || et vetustascere *LB^A* || 24 Commentariorum Grammaticorum *Quich.* || 25 dicimus *Quich.*: dicens *Roth.* || 26 inveterescere *L*: veterascere *ed. princ.* || quam m. *L* || Tull. *add. ed. princ.* || 27 lib. VII *om. L* || 28 qui sine eo *L¹* || 28—29 quem veterascente videat gloria *Mu.* || 1 uti *A⁴B⁴*: ut his *L^CD^A* || 2 potest *C⁴D⁴* || 3 (item)—4 *cf. 379. 22* || 3 item est *codd. 379*: item esse *codd. h. l. (corr. G²)* || religione *codd. h. l.* || 4 ne *om. codd. h. l.* || defenderes *codd. h. l.* || 7 ne mora sit si innuerim quin *Ter.*: adnuere (ann.) qui in: si (*praec. is*) innuero *Me.* || 8 et *om.* || 9 (verrem pro verum *H¹: om. G*) post *h. v. stant vv. 16—18* || 10 a. est concedere (cedere) *A⁴* || X (*quod ad Verg. Aen. X, 115 refert Mu.*) || 11 mente *L* || laetata *Verg.*: leta (*lae.*)

M. Tullius in Hortensio (16): 'quod cum uterque nostrum adnuissent omnesque ad id tempus, quod erat dictum, postero die venissemus'. positum est adnuere pro innuere. Plautus Asinaria (784):

neque illa ulli homini nûtet, nictet, ânnuat. 15

FLAGRARE et FRAGLARE ita discernuntur, quod *flagrare* est ignescere, incendi et ardere, fraglare vero olere. et in plurimis invenitur ista discretio.

NOXA et NOXIA hanc habent diversitatem, quod est noxa peccatum leve. Vergilius Aen. lib. I (41): 20
unius ob noxam et furias Aiakis Oilei.

noxia, nocentia. Vergilius lib. VII (326):

iraeque et crimina noxia cordi.

M. Tullius in Hortensio (84): 'et ceteras quidem res, in quibus peccata non maxumas adferunt noxias, 25 tamen inscii non attingunt'.

PLVS a MVLTO vetustas voluit discrepare: et potest videri hanc habere posse distantiam, ut sit multum a plurimo minus ac non supra modum; ut [est] Vergilius Georg. lib. I (94):

multum adeo rastris glebas qui frangit inertis;
plus, sicut in plerisque, [quae] maioris modi est quam 30
necessarium est; atque ideo M. Tullius maius discrevit

16—17 Flag.—ardere; 19—22 Noxa—nocentia; 26—28 Plus—modum.

13 adnuisset *Mu.* (sed vide *Plasberg.*, p. 25) || 14 posteri die *L*¹: postridie *Mu.* || 14(positi.)—15 secl. *Mu.* || cf. 439. 29 || 15 nictes *L B*^A || 16—18 post v. 9 (corr. *A*^A, sign. transpositionis add.): fort. secludend. || 16 Fl. et fragrare *Ald.*: Fl. et ignescere || 16. 17 Flaglare *L* || 16—17 flagrare est add. *Ald.* || 22 (Verg.)—23 secl. *Mu.* || 22 VIII || 23 iraeque insidiaeque et cri. *Verg.* || 25 maxime: corr. *Me.* || insciinnat attingunt *L B*^A: inscii innat att. *A*^A: corr. *Me.* || 27 posse secl. *Mu.* || h. distantiam posse ut *C*^A *D*^A || 28 ut Verg. (est secl.) *Mu.*: ut est Vergilii *Quich.* || 29 rastris || 30 quae del. *Roth.* (*praec.* que): quod *Iun.* || est secl. *Mu.* || 31 maius secl. *Mu.*

438. 439 M.

- epistola ad Catonem (fr. XII): 'nec idcirco mihi desiderandam || esse dignitatem meam, quod eam multum impugnarint; sed eo magis reolendam, quod plus desiderarint'.

Inter SPERATAM et DICTAM et PACTAM et SPONSAM hoc interest, quod virgo, priusquam petatur, sperata dicitur.

Plautus [in] *Amphitryone* (676):

Amphitryo uxorem salutat laetus speratam suam.

dehinc promissa dicta vel pacta vel sponsa dici potest. Vergilius *Aen. lib. II* (678):

- 10 cui pater et coniunx quondam tua dicta relinquer?

et idem in alio loco (*Aen. X*, 79):

et gremiis abducere pactas.

Titinius *Quinto* (101):

quâ exacta aetate sponsa sit despónsa.

- 15 MUTVVM a FENORE hoc distat, quod mutuum sine usuris, fenus cum usuris sumitur. et est quasi accepti fetus, unde et fenus dictum est, ut graece τόκος, quasi partus mutui sumti. Plautus *Asinaria* (248):

nám si mutuás non potero certum est sumam fenore.

- 20 unde honestius mutuum, quod sub amico affectu fiat meum tuum usu temporis necessarii.

SIMVLARE et DISSIMVLARE hanc habent distantiam. simulare est fingere scire quae nescias, dissimulare fingere nescire quae scias. Sallustius in *Catilinae Bello* (5,4):

- 25 'cuius rei libet simulator ac dissimulator'.

4—9 Int.—pot.; 15—18 Mut.—sum.; 22—29 Sim.—decr.

32—1 deserendam *Madv. Adv. II*, 245 || 2 plures *B^A* || 6 Pl. in Am. *A^A* || 7 Am. om. || lectus || 11 et secl. *Mu.* || 14 cui *Bentin.* || desp. secl. *Ribb.* || qui (adv.) ex. aet. sponso desponsata sit *Both.* || 16 acc. fenus *C^A D^A* || 17—18 quasi—sumti secl. *Mu.* || 18—29 Pl. *Asin.*—decreverint om. *L¹* || 21 tum: corr. *H³*.

Inter NVTARE, ADNVERE, NICTARE veteres hoc interesse voluerunt, ut nutare capitis, adnuere vel innuere narium vel labrorum, nictare oculorum significantiam esse decreverint. Plautus Asinaria (784):

neque illa ulli homini nûtet, nictet, áduat. 30

CASTITAS et PVDICITIA paria deputantur, || cum sit 1
pudicitia ab iniuria turpium libidinum libera; castitas
et ab his continens ac remota praeterea et religiosa
munditia et puritas. Vergilius Georg. lib. II (524):
casta pudicitiam servat domus. 5

et in Aen. lib. VI (661):

quique sacerdotes casti, dum vita maneret.

et lib. VII (71):

praeterea castis adolet cum altaria taedis.

atque ideo plus est castitas a pudicitia, quod pars 10
sit pudicitia, cum aliis ceteris castitas.

PASCERE et ALERE. hoc distat auctoritate Varronis
Gerontodidascalo, ut sit alere suffiendi generis curam
habere, pascere natos cibo saginare (183):

ubi graves pascântur atque alântur pavonúm greges. 15

ORA vel ORAE licet paria esse videantur, tamen ut
genere, ita intellectibus distant. nam quoties in his neutrum
genus tangitur, vultus vel facies nostra significatur.

22—29 Sim.—decr.; 1—4 Cast.—pur.; 12—14 Pasc.—sag.;
16—22 Ora—fines.

27 vel in. *secl. Mu.* || 29—30 *cf.* 438. 14 || 30 n. ulla *LB^A* ||
2 ab inluvie *Mu.* || 3 ad rem. *L* || et praet. *Mu.* || 4—7 *cf.*
267. 5 || 7 quisque *LA^A* || manebat *codd. Verg.* || 8—9 *cf.* 58. 25;
247. 39 || 10—11 par sit *L* || 11 pud. *om. L* || ceteriis *LA^A* ||
castitatis *Mu.* || 12 distat *L¹*: -ant *rell.* || 12—13 Varro Ger.
(haec post v. 14 saginare *transp. B^A*): *corr. Ald.* || 15 *cf.* 314. 33
(s. v. grave, multum) || atque alantur *om. codd. h. l.* || 16 O. et
o. *Ald.* || 18 rostra *LB^A C^A D^A*: vel rostrum *Mu.* || significat
LB^A C^A D^A.

440. 441 M.

Vergilius (Aen. I, 589):

os umerosque deo similis;

20 et lib. XII (373):

ora citatorum dextra detorsit equorum.

quoties femininum, cuius rei libet fines. et lib. I idem (306):

exire locosque

explorare novos, quas vento accesserit oras.

- 25 Inter EXTINGVERE et [inter] OBPRIMERE interesse Cicero voluit de Amicitia, ut sit maius obprimere quam extinguere (78): 'quamobrem primum danda opera est, nequa amicorum discidia fiant; sin tale aliquid evenerit, ut extinctae potius amicitiae quam obpressae videantur';
- 30 quasi quod extinguitur, possit reflammari; quod obprimitur, non queat.

MORBVM a VITIO prudentia veterum sic voluit separari, ut
1 sit morbus cum accessu utique || aut temporis aut contagii;
vitium perpetua et insanabilis atque inrevocabilis causa.

MEMINISSE et IN MEMORIAM REDIRE hoc differre Aristoteles
putat (περὶ μνήμης): διαφέρει μνημονεύειν τοῦ ἀναμνησθαι.
5 et vult meminisse omnium esse animantium, ut cibi,
potionis, somni, voluptatis; in memoriam revocare
quod exciderit non nisi homines posse.

DIE QVARTE et DIE QVARTO hoc differre prudentis volunt,
quorum tamen auctoritas in obscuro est, ut sit die quarto
10 temporis praeteriti, die quarte futuri.

16—22 Ora—fines; 25—27 Inter—ext.; 31—7 Morb.—posse;
8—16 Die—dicat.

19—21 cf. 459. 7 || 19—20 os—et secl. Mu. || 20—21 cf. 459. 10 || 22 fines (vel -nis) * * * et lib. I [idem] Mu. || 23—24 (nov.) cf. 294. 6 || 25 inter om. C⁴ D⁴ || 29 o. esse videantur codd. Cic. || 30 posset L A⁴ || 1 c. acc. et decessu vique Mu. || contagis C⁴ D⁴ (non Oxon.) || 2 causa mali Mu. || 3 hoc secl. Mu. || 4 τὸ μνημ. Mu. || ἀναμνησθε: corr. Me. || 5 amantium C⁴ D⁴ || 8 quarte et Me. (ex Gell. X, 24. 10): quarta et || 10 quarte codd. Gell.: quarta.

MENTIRI et MENDACIVM DICERE quemadmodum distent, Publius Nigidius, studiis bonarum artium praecellentissimus, manifestissime separavit (49): 'qui mentitur, ipse non falsus, alterum fallere conatur; qui mendacium dicit, ipse fallitur. quantum in se est, vir bonus praestare debet ne 15 mentiatur; prudens, ne mendacium dicat. alterum incidit in hominem, alterum non'.

FESTINARE et PROPERARE veteres voluerunt habere distantiam. Cato oratione quam de Suis Virtutibus scripsit (11,4): 'aliud est properare, aliud festinare. qui unum quidquid mature transigit, is properat; qui multa simul 20 incipit neque perficit, festinat'. — verum utrorumque verborum ratio sub hac significantia proxima est veritati, ut sit saepe animi properare studiose ad res aliquas contententis; festinare corpore necessitatibus obsequendi.

Vergilius lib. IV (Aen. 310):

et mediis properas aquilonibus ire per altum.

25

idem Aen. lib. II (373):

festinate, viri: nam quae tam sera moratur segnities? ||

MATRONAE et MATRIS FAMILIAS dissimilitudinem hoc 1 modo veteres docti separant quidam, ut sit matrona quae peperit semel, mater familias quae saepius. sed haec definitio videtur absurda. at haec fidelis locupletiorque

8—16 Die—dic.; 17—24 Fest.—obs.; 1—7 Matr.—spe.

13 siprauit *L*¹ || 14 falsus] fallitur *codd. Gell. XI, 11. 1* || 15 fallitur. qui mentitur, fallit, quantum in se est; at qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantum in se est. vir *Gell.* || debet et ne *L A⁴ B⁴* || 16 p. mend. (*om. ne*) *C⁴ D⁴* || 16 iudicet *L A⁴* || hominem *codd. Gell.*: homine || 20 quidquid] quid *B⁴* (*cum codd. Gell. XVI, 14. 2*) || mutare: (*corr. H²*) || transit *B⁴* || 21 pe. is f. *codd. Gell.* || utrumque (-rom-) *C⁴ D⁴* || 23 p. a. *Me.*: p. animo *Mu.* || 24 corporis *ed. princ., Me.* || obsequentis *Me.* || 26 Aen. *secl. Mu.* || 27 festinare *L* || 1 et matres fam. *C⁴ L*: et matrones fam. *D⁴* || 4 absurda *C⁴ D⁴* || 4—5 locupletiores m.: *corr. Mu.*

- 5 est: matronam, quae in matrimonio sit mariti, etiam ante susceptos liberos dictam, meliore tamen matris futurae spe matronae nomine nuncupatam. matrem vero familias, quae in familia mancipioque sit patria, etsi in mariti matrimonio esset.

AVARVM et AVIDVM ita discernuntur. avarum enim 10 semper in reprehensione est; avidum autem ab avendo, quod est etiam honeste cupiendo, et a dilectione intellegi potest, ac per hoc aliquando malis, aliquando bonis adiungitur causis. ut Vergilius in Georg. lib. II (375):

pascuntur oves avidaeque iuvencae.

- 15 Sallustius in Bello Catilinae (7,6): 'laudis avidi, pecuniae liberales erant'.

AVDACIA et AUDENTIA hoc differunt, quod audentia fortitudinis sit, audacia temeritatis; ut Sallustius (Cat. 58, 17): 'audacia pro muro habetur'; et apud veteres saepe sic. Audentia. Vergilius (Aen. X, 284):

- 20 audentis fortuna iuvat;

et (Aen. IX, 291):

audentior ibo

in casus omnis.

1—7 Matr.—spe; 9—18 Avarum—temeritatis.

6 melior et non ma. *CA DA* || futura *LAACA DA*; -rae *BA* || 7 MT (matronae vel matris) nom. || fort. illud matris (v. 6) huius compendii explicatio marginalis erat || omine Quich. || 6—7 mulierem. ita enim a matris nomine futuri spe nuncup. *Mu.* || 8 sit patris *Me.*: sit aut mariti aut eius patris *Mu.* || 10 in r. est <quasi avidum aeris> (?) *Mu.* || 11 et. hon. post dil. (v. 11) *transp. Mu.* || dil. *Mu.*: delectione *BA CA* ut vid.: delectatione *LA* || 12 mal. aliq. om. *L¹* || 15 Cat. Be. (?) *Mu.* || 17—18 audac. tem. est audent. fort. *edd. (ex 431)* || 18—19 cf. 242. 20; 431. 5 || 19 et ap. vet. sae. sic post omnis (v. 23) *transp. Mu.* || Aud. secl. *Mu.* || 19—20 cf. 431. 6.

quamquam et audaciam pro fortitudine positum legerimus, ut Vergilius lib. IX (2):

25

Irim de caelo misit Saturnia Iuno
audacem ad Turnum.

et (Aen. VIII, 364):

aude, hospes, contemnere opes.

humanitatis sit potius quam temeritatis.

30

PROSPICERE et RESPICERE distant, ut advorsum videre prospicere recte dicatur; respicere quasi retro aspicere. Varro Manio (260): 'sedens altus alieno sumptu neque post respiciens neque || ante prospiciens'.

1

FVROR ab INSANIA hoc distat, ut Cicero Tusculanarum lib. III ostendit (11): 'itaque non est scriptum: si insanus, set: si furiosus escit. insaniam enim censuerunt constantiam, id est sanitatem, tamen posse tueri, mediocritatem officiorum et vitae communem cultum atque usitatum; furorem esse rati sunt mentis ad omnia caecitatem. quod cum maius esse videatur quam insania, tamen eiusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, insania non'.

5

CONFIDENTIAE et FIDENTIAE discretionem M. Tullius pandit Tusculanarum lib. III (14): 'qui fortis est, idem fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis

10

443. 9—444. 11 (pern.).

25 (ut om. G) || 28—30 secl. Mu. || 30 quod hum. Iun. || 31—32 ut prosp. rec. dic. adv. vid. Mu. || 32 q. retro spicere Mu. || 32—33 cf. 133. 28; 237. 15 (s. v. altum ab alimento dictum) || 2 hoc om. Ald. || ut addidi || Furorem—distare Ald., Quich. || 3 non esse LA⁴ || 4 sed si Cic.: et (praec. s) || escit Buherius: esset: esse incipit (glossema) codd. Cic. h. l., id. de inv. II, 148: erit codd. rhet. ad Herenn. I, 23 || 5 constantia id est sanitate vacantem Cic. || 7 fur. autem esse codd. Cic. || 8 malus: corr. H³ ut vid. || ins. non possit ed. a. 1476: non possit insania codd. Cic. || 10—11 i. est fi. codd. Cic. || 11 quon. conf. om. L¹ || loquendum L¹: loquentium rell. || 12 dictum D⁴.

443. 444 M.

est. qui autem est fidens, is profecto non extimescit. discrepat enim a timendo fidere'.

- INVIDIA et INVIDENTIA. Cicero Tusculanarum lib.
 15 III (20): 'posset etiam in misericordiam, posset in invidentiam. non dixi in invidiam, quae tum est cum invidetur; ab invidendo autem invidentia recte dici potest, ut ecfugiamus ambiguum nomen invidiae'. — et lib.
 IV (16): 'ut aegritudini invidentia. utendum est enim
 20 docendi causa verbo minus usitato, quoniam invidia non in eo, qui invidet, solum dicitur, sed etiam in eo, cui invidetur'.

AEGROTATIO et AEGRITVDO. Cicero Tusculanarum lib.
 III (23): 'sed proprie, ut aegrotatio in corpore, sic aegritudo in animo nomen habet'.

- IRACVNDVS et IRATVS, EBRIVS et EBRIOSVS, AMATOR et
 1 AMANS et alia || quid inter se distent, Cicero discrevit
 Tusculanarum lib. IV (27): 'aliud iracundum esse, aliud iratum; ut differt anxietas ab angore: neque enim omnes anxii qui anguntur aliquando. . . . inter ebrietatem et
 5 ebriositatem interest; aliud est amatorem esse, aliud amantem'.

LAETARI et GAUDERE. distat, ut Cicero Tusculanarum lib. IV (66): 'atque ut confidere decet, timere non decet sic gaudere decet, laetari non decet'.

PERNICITATEM et VELOCITATEM Cicero discrevit Tusculanarum lib. V (45): 'praestans valetudine, viribus,

443. 9 — 444. 11 (pern.).

13 confidens || fidere *Quich.*: fidens: confidere *codd. Cic.* ||
 15 posse: (*corr. H² E¹*) || 15—16 in (*om. A⁴ D⁴*) invidiam ||
 16 non dixi invidiam *codd. Cic.*: non dixi in invidentia (-am *H³*) || 17 au. invidia || 18 ut ecf. *Roth.*: ut et f. *L¹*: et ut f. *rell.* || 23 nominavet *L¹*: -avit *rell.* (-atur *H³*) || 1 quid] qui *CA ut vid. D⁴ ut vid.* || 2 estque aliud *Cic.* || 4 aliq. nec qui anxii semper anguntur; ut inter *Cic.* || 4—5 et ebriositatem *om. L¹* || 5 aliudque *codd. plerique Cic.* || 6 distant *A⁴ CA D⁴* || ut secl. *Mu.* || 7 ut non conf. *Cic.* || decet—non *om.* || 8 Pern. et vel.] Pern. (Pern. et praestantiam *A⁴*): (Pern. vel. *ind. marg. in B⁴*).

forma, acerrimis integerrimisque sensibus; adde etiam, si 10
lubet, pernicitatem *et velocitatem*'. — et Vergilius Georg.
lib. III hoc sensit (229):

dura iacet pernix instrato saxa cubili;

ut illud sit celeritatis, hoc patientissimae fortitudinis.

METVM, TIMOREM, FORMIDINEM, PAVOREM Cicero dis-
crevit Tusculanarum lib. V (52): 'in quem autem metus, 15
in eum formido, timiditas, pavor, ignavia'.

INNOCENS et INNOCVVM. hoc distat, quod sit innocens,
non nocens; innocuum, inlaesum. Vergilius lib. X (301):

et sedere carinae

omnes innocuae.

20

LEGERE et ELIGERE non sub eadem significatione intellegi
vult Varro. de Rusticatione lib. I (R. R. 54,1): 'aprica
prius debet descendere *de vite. in vindemia* diligentis uva
non solum legitur, sed etiam eligitur. ad bibendum
legitur, eligitur ad edendum'; ut sit legitur colligitur, || 25
ut plerumque; eligitur melior quaeque de plurimis. 1

MISERARI et MISERERI veteres his sensibus esse voluerunt,
ut sit miserari flere et lamentari; misereri miserationem
alienis casibus exhibere; et activo ad primum affectum,
passivo ad secundum. Accius Eurysace (351): 5

ei mihi, ut etiam haec aerumna mihi luctum addit luctibus!

443. 9—444. 11 (pern.); 17—18 Inn.—inl.; 2—5 Mis.—sec.

10 acerrimas A⁴ || integrisque (quae) || 11 et veloc. om. ||
11—12 cf. 368. 21 || 12 et inter d. *codd.* 368 (*cum Verg.*) ||
duro B⁴ || 16 in eundem *codd.* Cic. || 17 distant *ed. princ.* ||
21 eadem *Quich.*: ea || 22 de Re Rustica *Ald.*: *fort.* Rerum
Rusticarum (cf. 'Non. Marc.' p. 112) || 22—23 et quae pars
arbusci ac vinea magis aprica, prius Varr.: africa prius || 23 de
vite in vind. *cod. Varr.*: vitae (-te) vind. || 24—25 leg. s. e.
eligitur. ad bib. legitur H³ *ut vid.*: leg. s. e. eligitur ad bib.
rell.: leg. ad bib. *cod. Varr.* || 24 ad vivendum: *corr.* H³ (*cum E*) ||
1 el. legitur mel. *Mu.* || 2 veteres A⁴: ceteri L B A C A D A
(A⁴ *marg. ut vid.*) || in his C A D A || 3 miserari mis. L || 6 haec
erumna haec m.: *corr. ed. princ.*

alia persona (353):

quid miserare?

idem Erisace (355):

- 10 tuam solitatem memoras, formidas tibi.
te conmiserabam magi' quam miserebar mei.

et multi similia, set aliquando † vexata generibus.

- ACEROSVM et ACERATVM. utrumque nove positum, sed
distanti proprietate signatum. acerosum namque panem
15 farre minus purgato nec sordibus a candido separatis
dicendum veteres putaverunt. Lucilius lib. XV (28):

quae gallam bibere ac rugas conducere ventris
farre aceroso, oleis, decumano pane coegit.

- hunc Graeci *ἀντόπυρον* vocant. aceratum vero est
20 lutum paleis mixtum, ut laterariis usus est. Lucilius
lib. IX (46):

laterem qui ducit, habet nihil amplius' numquam
quam commune lutum ac paleas caenumque aceratum.

- MVLTVM et SATIS eo distant, quod multum infinitum
est, satis finitum: avaris illud, hoc parcis seu continen-
25 tibus applicandum est. Lucilius lib. V (46):

13—16 Acero.—put.; 23—25 Mult.—est.

8 miserari (seq. i): miseras(?) *Mu.* || 9—10 cf. 173. 22
(s. v. solitate) || 9 id me Erysacem (-ris-): *corr. Mu., qui locum
sic refingit*, quid miserans tuam sol. mem. formidans tibi? |
Idem Erysace | te conm. *etc.* || 10 memorans formidans *codd.* 173 ||
11 fort. -ebam || miserebar *Iun.*: -abar || 12 et multis mei et
al. *L A4*: et multis talia et al. *B4*: *correxi*: et in multis similia
set al. *Mu.* || variata *Mu.* || 15 ferre *L B4 C4 D4* || purgatio
L B4 C4 D4 || separato: *corr. Mu.* || 17 bibere *Paul.* 96: vivere ||
ventri *Paul.* || 18 oleis *scripsi*: -ei: -eo *Iun.*: fort. Olei (*i. e.* Auli) ||
poena *Mu.* || d. p. cumano co.: *corr. Turneb.* || 19 tunc (*praec. t*)
L B4 || 21 latere: nam laterem *Iun.* || 21—22 ampl. nam quam
co.: *correxi* || 22 a paleis: *corr. Francken.* || aceroso: *corr.*
F. Dousa || 24 seu *A4*: se *rell.*

nam si, quod satis est homini, id satis esse potesset,
hoc sat erat. nunc cum hoc non est, quî credimu' porro
divitias ullas animum mi explere potesse?

et lib. XIX (4):

denique uti stulto nil sit satis, omnia cum sint. 30

OMNE atque TOTVM. volunt quidam esse || seiunctum, 1
ut ab omni plus esse totum putent, cum indiscretim
[inter] frequenter positum legerimus utrumque et cum
significantia universitatis. Lucretius lib. III (17):

totum video per inane geri res. 5

Vergilius in Bucolicis (X, 69):

omnia vincit amor.

et idem Georg. lib. III (242):

omne adeo genus in terris hominumque ferarumque
et genus aequoreum, pecudes pictaeque volucres 10
in furias ignemque ruunt: amor omnibus idem.

idem Aen. lib. VI (726):

totamque infusa per artus
mens agitat molem et magno se corpore miscet.

quid quod totum, quod plus putatur, non pro cuncto 15
alicubi accipi potest? Vergilius Georg. lib. III (377):

totasque
advolvere focis ulmos ignique dedere;
ut sit totas integras, non omnes quae in mundo sunt, ulmos.

1—4 Om.—universitatis.

26 potesset *quid. ap. Dousam*: potis esse potisset (-tuisset
A4): potisset *Iun.* || 28 mihi: illi *Mu.* || potesse *quid. ap.*
Dousam: potisse B4: posse L A4 || 30 ut st. nihil || 1 seiuncta (?)
Mu. || 2—3 indiscretis inter: *corr. Me.*: indiscretis inter se
(*add. Quick.*) sensibus *Mu.* || 3 et utr.: *corr. Mu.* || 4 I || lib. I
*** idem lib. III *Mu.*, *qui laudat I*, 388 sq. vel *I*, 1089 ||
6—7 cf. 526. 33 || 8 et *secl. Mu.* || 10 equorum L A4 (aeq.) ||
11 ignem quaerunt L || idem *om. L* || 19 ut sit totas integras
sint non L: ut tot. int. sint non A4.

- 20 ENITI, INNITI et OBNITI. cum ex uno sit intellectu,
acceptis tamen praepositionibus fit diversum. eniti enim
potest videri ad aliquam gratiam aut honorem aut utilitatem
aerumnose tendere sive laboriose; quamquam in aliquibus
gravius audiatur, ut sint enixae pariendi labore defunctae.
25 inniti autem incumbere manifesto est. Vergilius lib.
VI (760):

ille, vides, pura iuvenis qui innititur hasta.

obniti vero est contra adversa obluctari. Vergilius
saepe (Georg. IV, 84):

usque adeo obnixi non cedere;

et alibi (Aen. III, 208; cf. IV, 583):

- 30 obnixi torquent spumas et caerula verrunt.

Terentius Andria (161):

pedibus manibusque obnixè omnia
facturum.

- INLIX et INLEX hoc discernuntur. ab iniciendo inlix;
35 inlex a quo lex non servetur. Plautus Poenulo (745):

1 quia illi tantae rei fuimus || inlices.

20 — 25 Niti — est; 34 — 35 Inlix — servetur.

20 Niti et obniti *LB^ACA^ADA^A*: Niti inniti et obniti *AA^A*:
En. et inn. et obn. *Mu.* || sint *Mu.* || 21 prop. *L¹* || niti *LB^A*:
eniti *AA^ACA^ADA^A* || 22 ad *Mu.*: aut || 23 erumnoso tendere (erum-
nos ostendere *CA^ADA^A*) sine labore: *corr. Mu.* || 24 audiat *Mu.* ||
defuncti (seq. i): *corr. ed. a. 1476* || 25 manifestum (-tatum
CA^ADA^A): *corr. Mu.* || 25 — 26 cf. 353. 13 || 26 iuves *AA^A*: iuvenes *L* ||
qui nititur *LB^A* (*cum codd. 353*) || 27 s. ut *Mu.*, qui etiam
probat ut Verg. saepe, *del. vv. 28 — 30* || 30 cf. 420. 4 || obnixae
L: adnixi *codd. 420 (cum codd. Verg.)* || 32 man. pedibusque
codd. Ter. || 34 ab iniciendo *L¹CA^ADA^A* (-iti-) || 1 quid i. t. r.
fumus inlix (ill.) *corr. Mu.*: qui illi malae rei tantae fuimus
inlices *codd. Pl.*

idem Persa (408):

iniûre, inlex, labés, popli;

hoc est vivens sine lege, sine iure.

ERGASTYLVN et ERGASTYLVN, ut genere, ita intellectibus 5
differunt. nam neutro carceris locus est; masculino custos
poenalis loci. Lucilius lib. XV (30):

non ergastylus unus.

et alius: 'indicem adposuit, quasi ergastylum, ut
nemo sententiam libere possit dicere'. 10

FREMERE et FRENDERE hoc disparantur, quod est fre-
mere magnum sonare. Vergilius Georg. lib. II (160):
fluctibus et fremitu adsurgens, Benace, marino.

frendere alicubi cum gemitu vel iracundia miserum aut
minax sonare, *alicubi frangere*. Vergilius Aen. lib. III (663): 15
luminis ecfossi fluvidum lavit inde cruorem,
dentibus infrendens gemitu.

Pacuvius Antiopa (10):

frendere noctes, misera quas perpessa sum.

Plautus (inc. fr. xxxiv):

20

néc machaera aúdes dentes fréndere?

Pacuvius Antiopa (11):

frúges frendo sóla saxi róbre.

5—7 Erg.—loci; 11—15 Frem.—sonare.

2—3 cf. 10. 10 || 4 post inlex (v. 3): transp. Quich.: secl.
Mu. || 5 ita om. L¹ || 7 loci * * * Luc. Mu. || 9 ind. I. Dousa:
iudicem || 9—10 q. ergastylum u. n. s. l. Mu.: u. n. s. l. q. er-
gastylus (-telus, -tilus) || 10 sentiam A⁴ || posset Quich. ||
11 disputantur C⁴: distare putantur D⁴ || 12 conare L¹ ||
V C⁴ D⁴ || 13 bienace L C⁴ D⁴ || 15 alicubi frangere add. Mu. ||
16 ecforsi L: et forsi A⁴ || 19 Nyctes Mu. || quae Both. || per-
pessarum: (corr. H³) || 21 macheram (-ce-): corr. Both. || 23 fruge
f. L B⁴ || frendeto Mu. || solido Mu. || saxi Voss.: saxis (s hac
si P) || robore Scal. Coniect. 157: probore L B⁴: probore rem A⁴
(pro pro ro, ut in 131. 4; 251. 33).

Accius Troadibus (478):

25

saxo fruges frendas.

FORA et FORI ut genere, ita [et] intellectibus discernuntur. neutro enim loca sunt quibus ius dicitur; masculino spatia in navibus; ut Vergilius lib. VI (411):

inde alias animas, quae per iuga longa sedebant,
30 deturbat laxatque foros; simul accipit alveo
ingentem Aenean;

vel locus apertus ac patens. unde et gladiatores foros facere dicuntur cum longo circuitu sectantur.

EDVCERE et EDVCARE hanc habent distantiam. educere
35 est extrahere; educare nutrire et provehere. Varro Cato
vel de liberis educandis (5): 'educit enim obstetrix,
1 educat nutrix, instituit || paedagogus, docet magister.

ABORSVS et ABORTVS significationes varias habent.
aborsus enim ille dicendus est, qui est in primis mensibus,
cum conceptui exordium factumst; abortus, prope tempus
5 pariendi: tunc enim moritur quod nascitur. in plurimis
haec reconditis invenimus.

26 — 35 Fora — prov.; 2 — 5 Aborsus — nascitur.

25 frendas] franges *codd. Serv. Dan. in Aen. I, 179* ||
26 et om. *L*¹ || 28 — 30 (det.) *cf. 101. 16* || 30 feros *L*¹ || 32 bello
cus ap. ae pat. *L*¹: vel locuples (locus *Oxon.*) ap. vel pat. *C⁴ D⁴* ||
35 extruere (-uh-) *C⁴ D⁴* || enutrire (*praec. e*) *L A⁴ B⁴* || 1 docet
Iun.: hoc et (hoc est *A⁴*) || 3 qui eiectus est *Mu.* || 4 ab. qui
prope *Mu.* || 5 quid: (*corr. H²*) || 6 recondita (?) *Mu.*